



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 17. Legatio ex Syria Constantinopolim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

oportet, Domine! ideo Dioscorum nobis Sæculum V.  
 impatientissime irasci, quod assensi fueri- A.C. 447.  
 mus Epistole Synodali, quam juxta Cano-  
 nes sub Proclo, felicis memoriae, edidisti.  
 Contra banc bis querelas effudit, quasi ju-  
 ra Ecclesiæ Antiochenæ, & Alexandri-  
 nae prodidissemus. Hoc Synodalis Epi- v. Garn. ad  
 stola Procli illa fuisse creditur, quæ post- Epist. Theo.  
 modum in Concilio Calcedonensi, cum 86. Inf. L.  
 causa Athanasii Episcopi Perhani in Syria XXVIII.  
 u. 28.  
 moyeretur, relata est. Dicebat Dioscorus,  
 Orientales, hanc Epistolam recipiendo,  
 admisisse Jurisdictionem Episcopi Con-  
 stantinopolitani in Antiochenum, qui  
 usque in illam diem inter mundi Epis-  
 copos tertius, & tantum Romano, & A-  
 lexandrino secundus fuisset.

### §. XVII.

*Legatio ex Syria Constantinopolim.*

Domnus Episcopus Antiochenus, ut  
 Dd 5                    Theo-

cus, und' das Fleisch des heil. Petrus. Eh,  
 Eh! das sind grosse zween Böcke (um nur nach  
 der Bayerischen Mundart zu reden, denn in der  
 Sächsischen werden sie anders benamset) eines  
 Uebersezers, welcher sich getrauet in seinen feinen  
 Anmerkungen die ganze Römische Katholische Kir-  
 che zu beschimpfen! Sie geben einen häflichen Ge-  
 ruch von sich, und hätte der Uebersezer von dem-  
 jenigen, welcher seine Arbeit bezahlet, ein Trink-  
 geld verdienet,

Sæculum V. Theodoretum, & omnes Episcopos Orientales aduersus calumnias Clericorum

A. C. 447.

Osroenes, aliorumque, quibus Dirosrus faciles aures præbuerat, defendere, sua quoque ex Parte, Dirosri exemplum secutus, Episcopos Constantinopolim

**E**p. 94. 101. misit. Episcopi Syriæ summa hyeme, nempe sub finem anni 447. profectionem exorsi sunt; his Theodoretus multas Epistolas ferendas dedit, quippe hodieque viginti duas habemus, videlicet ad tre-

107. 108. 105. decim Proceres, quorum plerique Di-

106. 100. 101. gnitate Consulari fulserant, ad quosdam ep. 88. 89.

**E**c. 104. ex Clericis Constantinopolitanis, & ad tres Episcopos, ad Flavianum Constantinopolitanum, cui Theodoretus per Episcopos Delegatos alteram misit Epistolam,

102.

**E**p. 109.

ad Basilius Seleuciensem, tunc temporis Constantinoli morantem, & ad Eusebium Akyranum, apud quem Legatus in via divertendum erat. In Epistola ad Flavianum Theodoretus Doctrinam explicat, & varias de Incarnatione Heresies notat. Simon, Basilides, Valentinus, Bardesanes, Marcion, & Manes, IESUM Christum tantum Deum agnoscunt, & Humanitatem tantum apparentem eidem attribuunt. Ariani dicunt, Verbum nihil assumpsisse, nisi corpus, cui anima loco fuit. Apollinaris dixit, Corpus assumptum animatum, sed non anima rationali. Econtra Photinus, Marcellus An-

cyrus

cyranus, & Paulus Samosatenus dicunt, Sæculum V.  
esse purum Hominem. Ergo istis S. Scri- A. C. 447.  
pturæ loca, quæ JESU Christi Divinita-  
tem demonstrant, sunt objicienda, illis  
vero, quæ Humanitatem probant.

### §. XVIII.

#### *Irenæus Tyriensis depositus.*

Inter hæc Theodoreto Constantinopoli Ep. 110.

nuntium affertur, ibi Mandatum Im-  
peratoris editum, quo Irenæus, quem i-  
pse Episcopum Tyri ordinaverat, deponi  
juberetur. Hac de re ad Domnum An-  
tiochenum scripsit, causas adducens, ex  
quibus Ordinationis hujus valorem de-  
fendere oporteret. *Hunc Virum, in-*  
*quit, ordinavi, quia omnes Phœnices E-*  
*piscopi id decreverant, nam etiam Irenæi*  
*zelus, magni spiritus, charitas in paupe-*  
*res, aliæque virtutes, mili perspectæ erant.*  
*Ceterum, quod sciam, nunquam negavit,*  
*S. Virginem Matrem Dei appellare, aut*  
*ullam Fidei contrariam opinionem tenuit.*  
*Quod pertinet ad Bigamiam; exemplum*  
*Antecessorum nostrorum secutus sum.*  
*Alexander Antiochenus & Acacius Be-*  
*reensis ordinarunt Diogenem Bigamum.*  
*Prayles Jerosolymitanus Dominum Cæ-*  
*sariensem Bigamum ordinavit. Proinde*  
*Proclus Constantinopolitanus, sicut e-*  
*tiam præcipui Episcopi ex Ponto, & ex*  
Palæ-